

30

~~G. W. 27.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-26.

SIGNAT. ciobcccxiij.

Stückzettel erled.
11. XII. 1949.



DISPUTATIO V.
ETHICA

De

FORTITUDINE.

Quam

DEO TRIUNO ANNUENTE

In Illustri & celeberrima Academia VVittebergensi,

PRÆSIDE

Clarissimo Philosopho

Dn. M. IACOBO MARTINI,

Logices & Pract. Philosoph. Pro-
fessore publ.

Proponit

JOANNES FREYSTEIN
Pirna-Misnicus.

Ad diem 3. Aug: Loco & Horis consuetis.

VVITTEBERGÆ,

E Typographéo JOHAN. GORMANNI.

Anno M. DC. XIV.

catum nihilomi-
si peccatum sit. eo
agere & non a-
ccare nequeunt,
solum pro eâ. qui
e, qua liberi su-
magis sunt liberti:
sitate, peccato &
eccare queunt lib-
i non item.

crepatione geritur,
objurgationes, ad
sed duntaxat intel-
dicant: Sic pueros
rogamus: quis
intelligunt:
quid



DISPUTATIO
DE
FORTE ET VIRTUTE

In Genere de Virtute et Fortitudine
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se

DE VIRTUTE ET FORTITUDINE
MARTINI

Logice
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se

DE VIRTUTE ET FORTITUDINE
GOTTFRIDI

quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se
quodammodo est in se

IN GENERE
SPECIE
POSTUL
PHILOSOPHU
PHILOSOPH
VERO PAR
ARISTOTELIS
a

(a) ARISTOTELIS
TEXTUS
IN AVD
300. f.

Definitio
citatem circ





DISPUTATIO V.

DE FORTITUDINE.

Continuatio.

IN Genere de virtute disputavimus hactenus: ad species singulas ut descendamus, res ipsa & ordo postulare videtur. Sermones enim, ut inquit Philosophus, qui ad genus universum pertinent, in Philosophia morali aliquanto sunt inaniore: qui verò partes & res singulares explicant, veriores.

Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 7. Adde lib. Categ. cap. 5. de subst.

Thesis I.

Pincipem autem locum in speciali hac virtutum tractatione FORTITUDINI meritò tribuimus. 1. Quia (a) circa res versatur difficilimas. 2. Quia ejus usus est in rebus maximis. 3. Quia (b) viri virtus est propria. 4. Quia (c) ejus actiones maximè splendent, suntq; in admiratione omnium.

(a) *Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 3. ὡς ἢ τὸ χαλεπώτερον αἰεὶ καὶ τέχνη γίνεται καὶ δρετή.* (b) *Cic. 1. Tusc.* (c) *Plato in Lachete ἢ ἀνδρεία ὅτι τῶν καλλίστων. Cic. lib. 1. Officior. Scaliger. Exercit. 300. f. 3.*

II.

Definimus *Ἀνδρείαν μεσότητᾶ ὡς φόβου καὶ θάρρη: mediocritatem circa metum & fiduciam.*

A 2

(d) 1 1/2

(d) lib. 2. Eth. Nicom. cap. 7. lib. 3. eor. cap. 6. lib. 1. M. M. capit. 21.
lib. 3. Eudem. cap. 1. lib. 1. Rhetor. ad Theodect. cap. 7. & in libr. de
virtutibus cap. 20.

III.

Definitum est *Ανδρεία* Græcis vel *ἀνδρεία*: quia (e) vi-
ri maximè est propria: vel quasi *ἀναρρόη*, id est, sine fluxu: eo
quod vir fortis sit firmo (f) & infracto animo. Latinis Fortitudo
(g) à ferendo.

(e) Cic. 1. Tuscul. qq. Acciajol. pagin. 236. (f) Cic. 3. de finib. & 1.
Offic. (g) Cas. l. 3. spec. moral. q. p. 215.

IV.

Est *ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων*. Significat enim: 1. Corporis
(h) robur & virium valorem: diciturq; hoc modo fortitudo (i)
naturalis. 2. Generalissimè omnes (k) virtutes, describiturq; fir-
mitas & constantia animi ad honestas quasvis actiones obeundas.
3. Contemptum quorumcunq; (l) periculorum, ut competat au-
dacia. 4. Contemptum (m) turpitudinis, pauperiei, morbi, & o-
mnium, quæ à vicio nostro non proficiscuntur, idq; *κατὰ μετὰ Φο-
βῶν*, sive *καθ' οἰοσιότητά*.

(h) Sic Virg. l. 1. Georg. tauros fortes vocat (i) Cas. spec. moral. q. c. 6.
p. 190. (k) Piccol. grad. 4. c. 21. Conimbr. disp. 9. Eth. q. 2. art. 1.
(l) Donaldson. p. 161. (m) Arist. 3. Eth. Nic. cap. 6.

V.

Definitio dividitur in Genus & differentiam. Genus est *με-
σότης*: quod essentialiter commune habet cum omnibus alijs vir-
tutibus moralibus.

VI.

Necte offendat, quod in definitione virtutis diximus, eam
esse *ἐξ ἑνὸς ἐν μεσότητι*. Nam in animo *ἐξ ἑνὸς μεσότητος*, sive *ἐν μεσ-
ότητι*, & *μεσότης* plane idem sunt, cum utrumq; verbum forma-
lem virtutis rationem exprimat: Ut perinde est *ἐξ ἑνὸς ἰπσημονικῆ*
habitus scientificus, sive scientiæ & *ἰπσημήνη*.

VII.

Differentia desumitur ab objecto interno. Potest enim Forti-
tudinis subjectum perspicuitatis gratiâ dividi in internum & ex-
ternum. Illud duo illi affectus contrarij, Metus & Confidentia,
constituunt: hoc, *τὰ Φοβερὰ καὶ τὰ θαρραλέα*, hoc est, res ipsæ,
ἡ

quæ nobis metum vel confidentiam afferre & incutere solent.

Arist. l. 3. Eth. Nic. c. 6.

II X.

Metus autem cum sit (n) *ὑπερδοξία καὶ ἄεξ* expectatio mali: Omnia quidem mala *Φοβερὰ* erunt: Quis enim malum non metuit? Sed ita latè sumpta, non omnia *Φοβερὰ* ad Fortitudinem propriè pertinent: Verùm hæc circa certum metuendorum genus occupatur.

(n) *Arist. lib. 3. Eth. Nicom. cap. 6. libr. 4. eor. cap. 9. lib. 2. Rhetor. ad Theodect. cap. 5. physicè verò consideratus dicitur κατὰ πλῆξιν ἄεξ ὀλιγαμίαν καὶ δι' ἐνδοξίας θερμότητος. Arist. lib. de Respir. cap. 8. lib. 4. de part. animal. cap. 11. Scal. Exerc. 307. f. 33. Bodinus de Republ. lib. 2. c. 5.*

IX.

Excludimus igitur primùm (o) *ἄνω* *Φοβερὰ* (p) *ὑπὲρ ἀνθρώπων*, super hominem, quæ (q) excedunt humanæ conditionis metam: Ideoq; supra consilium, & vires hominis sunt, & sic inevitabilia: ut fulmina, terræ motus, exundationes, & similia. Quæ sanè à nemine sana mente prædico contemni possunt aut debent: Quocirca nec in his Fortitudini locus. (r)

(p) *3. Eth. Nicomach. cap. 7. 1. M. M. cap. 21. (q) Acciajol. pagin. 240. (r) Arist. lib. 3. Eudemior. cap. 1.*

X.

Deinde licet *Φοβερὰ κατ' ἀνθρώπων* ab homine (s) sustineri possint; nec tamen omnia respicit Fortitudo. Metuuntur enim etiam à bonis omnibus, infamia (t) nostrum, nostrorumq; dedecus: Impudens econtra est, qui hæc floccipendit.

(s) *Arist. lib. 3. Eudem. cap. 1. Donaldson. pag. 163. (t) Arist. lib. 3. Eth. Nicom. cap. 6.*

XI.

Sunt etiam hujus generis, quæ metuere & non metuere liberum est, nisi nostra culpa (u) accersantur, ut paupertas, exilium, morbus, & omnia, quæ vitam ipsam non auferunt. Sed quam animosè etiam hæc quis perferat, non tamen propriè, sed tantùm κατ' ἀναλογίαν fortis dici meretur.

(u) *lib. 2. Rhet. ad Theod. cap. 5.*

A 3

12. 10

XII.

In quibus igitur est tandem Fortitudo? *περὶ τὰ μέγιστα τῶν Φοβερῶν κατ' ἀνθρώπον*, h. e. circa maximè terribilia. Nam virtus circa *χαλεπώτατα* cum primis occupatur: Jam verò maximè terribilia difficillimè sustinere valeamus. Sunt autem ea Mors & præsentia mortis pericula. Morte enim nihil (x) terribilius: cùm sit ultimum vitæ & omnium simul bonorum privatio.

(x) Arist. lib. 3. Eth. Nicom. cap. 6. At in *Physicis* dicit mortem esse jucundam lib. 5. ἀκρ. cap. 9. t. 58. Respondemus Aristotelem loqui non *θετικῶς*, sed *συγκρητικῶς*. Mors naturalis est jucunda, respectu violentæ. Quia minus malum etiam boni respectum habet, lib. 5. Ethic. Nicom. cap. 1, & 3. lib. 1. Rhetor. ad Theod. cap. 10.

XIII.

Circa mortem ergo versatur Fortitudo. Quamlibetne? Nequaquam: sed proprium specialiter sic dictæ Fortitudinis *κείνων* est (y) Mors bellica. Hæc enim ut viro Forti pulcherrima, ita honestissima. Pulchrum namque in bello mori (z) Quod statua militari ornatu declarant. (aa)

(y) Arist. lib. 1. Rhetor. ad Theodect. capit. 9. (z) ut ait Epaminondas. (aa) Cicero 1. Officior. vide etiam Hom. Iliad. 5.

XIV.

Inquis: Ergo pericula alia præter bellica ad fortem nihil? Imò verò quoq; periculis, puta, morbo, naufragio & similibus animosum se exhibet, & *μετρίως καὶ ἐμμένως* se gerit. Interim mortem istam ægrè fert duabus potissimum de causis. (bb)

(bb) Arist. lib. 3. Eth. Nicom. cap. 6. lib. 1. Magnor. Moral. cap. 21.

XV.

Prima: quia in ejusmodi morte quis sit, quid vires ejus valeant, fortis ostendere nequit: Altera. quia ibi ingloriè & sine laude obit: (cc) cumq; Ænea (dd) in mari periclitante exclamat:

— — — — — O terq; quaterq; beati;
Quis ante ora patrum Trojæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere. ô Danaûm fortissime gentis
Tydide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuaq; animam hanc effundere dextra?

(cc) Arist. lib. 4. Eudem: cap. 1. (dd) lib. 1. Æneid. vers. 94.

16. Atq;

XVI.

Atq; ex his omnibus, subjectum Fortitudinis in genere esse
 τὰ βόβερὰ καὶ θάρρα λέα, in specie mortem bellicam, conclu-
 dimus.

XVII.

Ex iisdem quoque omnibus viri verè fortis officia ponimus
 hæc ipsa: Primum, (ee) ut in periculis adeundis sit ἀνέυπληκτος
 καὶ ἀφοβός, imperterritus: ut homo tamen, non ut lapis, trun-
 cus aut fera.

(ee) Aristot. libr. 4. Eudem. cap. 1. lib. 1. Mag. Mor. cap. 5. & 21. Imo
 Beatus talem sese gerat, ut pericula & adversitates magno ferat ani-
 mo lib. 1. Eth. Nicom. cap. 10.

XVIII.

Alterum (ff) non temerè, non sua cupiditate, non iratus sed
 consultò adit pericula, & quidem ea, quæ adire honestum est, &
 Reipubl. patriæ ac amicis utile (gg)

(ff) Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 4. πρῶτον μὲν εἰδώς: ἐπειτ'
 εἰς ἀποβῆναι καὶ ἀποβῆναι δι' αὐτὰ: τὸ ἴδιον καὶ
 εἰς βεβαίως, καὶ ἀμετακινήτως ἔχων πρὸς αὐτὴν: & libr. 2. Eu-
 dem. cap. 10. & lib. 1. M. M. cap. 4. (gg) Arist. lib. 4. Eth. Nic. cap.
 1. generatim virtutibus proponit, ut alijs sit utilis.

XIX.

Tandem facit omnia τὸ κατὰ λόγον ἕνεκα, honestatis gratia:
 quod est virtutum moralium omnium (hh)

(hh) Arist. lib. 3. Eth. Nicom. cap. 3. & 7. libr. 4. eor. cap. 2. libr. 7.
 Eth. Eudem. cap. 15. lib. 1. M. M. cap. 1. & 17. & 20. lib. 2. eor. cap.
 9. Cic. lib. 3. de finib.

XX.

At objiciat aliquis: timere non artis, pericula perferre non
 esse virtutis: quia hæc facere potest etiam quilibet. Siste: an facio
 at quilibet non dubitamus: sed an ita ut fortis, maximè (ii)

(ii) Arist. lib. 1. Mag. Morat. cap. 9. lib. 3. Eth. Nicom. cap. 7. Sic de
 Iustitia pulcherrimus locus est lib. 5. Eth. Nicom. cap. 9. questione quinta:
 An aliquis faciat iusta facile est: an verò ita, ut decet, difficilimum.

XXI.

Extrema Fortitudinis nunc proponenda sunt: quorum in-
 ex-

excessu unum Audacia ἢ θρασύτης appellatur: cui ἀφοβία cognata est: alterum in defectu Timiditas δειλία nuncupatur. (kk)

(kk) πᾶσα γὰρ ἀρετὴ μεσότης δύο κακῶν: τῆς μὲν καθ' ὑπερβολῆν: τῆς δὲ κατ' ἐλλείψιν. Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 6. lib. 1. Mag. Moral. cap. 9. lib. 6. Eth. Nicom. cap. 1.

XXII.

Audacia est vitium, quod plus, quam par est, confidit: ἢ θρασύτης ἐν τῷ θάρρειν ὑπερβάλλων πρὸς τὰ φοβερά. (ll)

(ll) Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 2. & 7. lib. 3. eor. cap. 7. lib. 1. M. M. cap. 21. & lib. 3. Eudem. cap. 1.

XXIII.

Hoc vitio laborantes dicuntur μαινόμενοι (mm) insani, dementes: in Rebusp. (nn) tranquillis inutiles, utiles autem in bello.

(mm) lib. 1. Mag. Moral. cap. 5. & 21. lib. 3. Eth. Nicom. capit. 7.

(nn) lib. 2. polit. cap. 7.

XXIV.

Concurrit quoque in audacia ἀλαζονεία, arrogantia: quia nimium (oo) sibi tribuit, ipsam nimirum Fortitudinem. Etiam Timiditas: quia primò alacer in periculo, mox verò tardus existit: ut Thraso apud Terentium; apud Plautum Gloriosus miles.

(oo) Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 7. lib. 4. eor. cap. 7. lib. 1. Mag. Moral. cap. 32. lib. 3. Eudem. cap. 7.

XXV.

Ignavia est vitium, quo quis metuendo modum excedit, in fidendo ab eodem deficit: (pp) δειλία τῷ μὲν φοβείσθαι ὑπερβάλλει, τῷ δὲ θάρρειν ἐλλείπει.

(pp) Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 7. lib. 3. eor. cap. 7. lib. 1. M. M. cap. 5. & 21. lib. 3. Eudem. cap. 1. in lib. de Virtutibus cap. 12. & 28.

XXVI.

Hæc quoque de extremis: Ex quibus patet, Timidum, Audacem, & Fortem idem quidem habere subiectum: sed illos non eodem modo circa hoc versari. Nam Timidus spe omni destituitur: Audax in periculis est temerarius: Fortis servat modum, respicit honestum, & laude simul ducitur.

XXVII.

Hæc de vera Fortitudine, vel potius de Fortitudine κατ' ἐξο-

ἰξοχλω̄ dicta; præterquam etiam est Fortitudo Togata: quæ ni-
mirum in periculis domesticis & alijs extra bellum occupatur.

XXIX.

Sunt itidem species aliquot Fortitudinis apparentis,
quarum Philosophus (qq) quinq; percenset.

(qq) lib. 3. Eth. Nicom. cap. 8.

XXX.

Prima est & vocatur πολικὴ, quam leges à singulis ci-
vibus in propugnanda patria, propositis præmijs & pœnis exi-
gunt (rr)

(rr) Arist. loco alleg. item lib. 3. Eudem. cap. 1. & lib. 1. Magnor. Mo-
ral. cap. 21.

XXXI.

Hæc tamen vera Fortitudo non dicitur: 1. quia non omnino
voluntaria est: quod (ff) contra virtutem pugnat. 2. quia non ho-
nestatem simpliciter spectat: quam (tt) virtutes semper.

(ff) Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 4. lib. 2. Eudem. cap. 10. (tt) Arist.
lib. 1. M. M. cap. 1. & 20. lib. 2. eor. cap. 9. lib. 7. Eudem. cap. 15. lib.
3. Eth. Nicom. cap. 7. & lib. 4. eor. cap. 2.

XXXII.

Secunda species non veræ fortitudinis dicitur ἀνδρεία ἀπὸ
τῶ ἐμπειρίας, experimentalis: quæ est animositas quædam in ad-
eundis periculis, experientia seu peritia confidens. (uu)

(uu) Arist. lib. 3. Eth. Nicom. cap. 8. lib. 1. Magnor. Moral. cap. 21.

XXXIII.

Neq; hæc vera Fortitudo est: 1. quia nihil ipsi cum honesta-
te: sed spolia per-fasq; nefasq; spectat, adeoq; pleraq; viro forti
indigna committit.

XXXIV.

Tertia est fortitudo ἀπὸ τῶ θυμὸν: ubi quis graviter iratus,
ob vindictæ cupiditatem animosum se gerit: ἰτηλικώτα τον γδ ὁ θυ-
μὸς πρὸς τὰς κινδύνους. (xx)

(xx) Vide Arist. lib. 5. polit. cap. 10. lib. 3. Eth. Nicom. cap. 8. lib. 1.
Magnor. Moral. cap. 21. lib. 3. Eudemior. cap. 1. lib. 2. Rhetor. ad
Theodect. cap. 2.

B

34. Hanc

ἰξοχλω̄ cognata
patur. (kk)
ἐν κατὰ τὴν
com. cap. 6. lib.

infidit: ἰξοχλω̄

7. lib. 1. M. M.

infani, de-
ntem in bello,
Nicom. capit. 7.

ria: quia ni-
n. Etiam Ti-
rdus existit;
miles.
lib. 1. Mag.

n excedit, in
κατὰ τὴν ἀνδρείαν.

lib. 1. M. M. cap.
12. & 23.

idum, Audac-
illos non eo-
ni destituitur:
idum, respicit

itudine κατὰ
ἰξοχλω̄

XXXIV.

Hanc ut à vera virtute discernamus, quatuor causarum genera à Philosopho (yy) tradita considerabimus: & secundum ea hanc ab illa separabimus.

(yy) *Libr. 2. Physic. cap. 3. t. 88. libr. 2. post. analytic. capit. 11. t. 51. libr. 2. Metaphys. cap. 3. libr. 8. eor. cap. 2. t. 2. libr. 2. eor. cap. 7.*

XXXV.

Vera enim Fortitudo est quoad efficientem ἐκ προαιρέσεως, ut & omnis (zz) virtus moralis: hæc ex dolore vel (aaa) offensione. Vera Fortitudo materiam & subjectum virum bonum, ut & omnis (bbb) virtus; ὀργιστικὴ malum imò belluam etiam habet: Vera Fortitudo formam habet à ratione: ὀργιστικὴ ab (ccc) affectu. Finem vera Fortitudo proponit καλόν, ut & omnis virtus: ὀργιστικὴ (ddd) vindictam.

(zz) *Arist. lib. 2. Ethic. Nicom. cap. 4. lib. Eudem: cap. 10.*

(aaa) *Idem lib. 1. Nicom. cap. 6. D. August. libr. 2. de libero arbitrio capit. 19. tom 1. Aristotel. libr. 1. Rhetor. ad Theodect. capit. 6.*

(bbb) *Idem libr. 3. Ethic. Nicomach. capit. 8. (ccc) Arist. libr. 4. Ethic. Nicomach. capit. 5. libr. 7. eor. capit. 6. libr. 3. eor. capit. 2.*

(ddd) *Arist. lib. 2. Rhetor. ad Theod. cap. 2. libr. 5. polit. capit. 10. lib. 7. Nic. cap. 6.*

XXXVI.

Quarta fortitudinis non vera species est ἂν ἐπὶ τῷ ἐλπίδα: fiducia: quam externa præsidia in periculis prævisa, propter spem certam, animo conceptam, excitat.

XXXVII.

Differt à vera Fortitudine 1. causa efficiente: hæc à bonitate causæ, illa à spe pender. 2. Causa materiali, hæc in prævisis & repentinis periculis provida est: illa solum in provis. 3. Causa formali: hæc ad mortem usque constans, illa non est. 4. Causa finali: hæc τὸ καλόν, illa victoriam respicit.

XXXVIII.

Quinta tandem & ultima Fortitudinis Apparentis species est; ἂν ἐπὶ τῷ ἀγνοίαν, hoc est, animositas ex ignorantia periculi

orta

orta. Atque hanc veram Fortitudinem non esse facile
patet.

Problemata.

I.

*An Fortitudo aequè circa θαρραλέα καὶ τὰ Φοβερά ver-
setur. Aristoteles respondet: μάλλον πρὸς τὰ Φοβερά. In his enim
magis conspicitur Unde & eos, qui ἐν τοῖς θαρραλέοις medium
tenent, fortes appellare, penè obsolevit.*

II.

*Si Fortitudo circa τὰ Φοβερά potissimum versatur, atq;
sic plena est doloris & molestiae, quomodo illud stare poterit:
Omnem virtutem comitari voluptatem. Dubium hoc solvitur
distinctione. Si enim finem spectes, actiones Fortitudinis ju-
cunda sunt: Sin media, nihil ferè ijs molestius. Sunt namq; su-
scipienda vulnera & vita ipsa ponenda.*

III.

*An qui dolet, fortis dici possit: & contra an fortis dole-
re possit. Respondet Philosophus, licere omnino fortibus ob ad-
versa dolere (sunt enim σαρπηχοί) modo decenter eadem per-
ferant. Imò quò pluribus & majoribus bonis, qualia sunt in pri-
mis virtutes, se sciunt ornatos, quibus per mortem privantur,
eò gravius obitum suum ferunt: cùm ob fortia facta patriaq;
defensionem maximè digni sint vita.*

IV.

*An Mercenarij milites, si strenuè se in acie gerant, for-
tes dici queant, cùm id lucri gratia fiat, & ipsi τὸν βίον πρὸς μί-
κρά κέρδη καὶ ἀλλόπωνται. Respondemus. Minus sunt fortes: Bo-
ni tamen sunt milites.*

V.

An ἀνέχεις, & qui voluntariam sibi ipsis consciscunt

mortem, sint pro fortibus habendi. Respondemus cum Philoso-
pho lib. 3. Nicom. cap. 10. nos nullam hic Fortitudinem agno-
scere sed desperationem potius & extremam timiditatem.

VI.

An sancti Dei Martyres verè fortes sint. Imo inter parti-
culares fortitudinis actus principem locum obtinet martyri-
um. Quia martyr firmatur in bono fidei & religionis contra
timorem rei omnium acerbissima, maximeq; formidulosa, vi-
delicet mortis.

VII.

An isti, qui periti sunt artium bellicarum, & non subiecti
illi magistratui, qui bellum gerit, possit bona conscientia sese
ad militiam addicere. Potest: Quia in re pari id conceditur.
Nam 1. Ctus suam operam potest offerre Magistratui, cui non
est subiectus. 2. Quia Mercenarijs militibus respondet Ba-
ptista: Contenti estote vestris stipendijs. Luca 3, ver. 14. Rex
Juda mercede milites conducit ex Israel 2. Paralip. 25. ver. 6.
Jephte vocatur ut fiat dux Iud. 11. v. 6. Rex Israel Regem Iuda
alloquitur: venies ne mecum ad praelium? 4. Reg. 3, v. 6. 7.

IX.

An qui militant, causam belli, an sit justa, inquirere
teneantur. Affirmamus. Nam in iniusto bello, nemo justè pu-
gnabit. Nam, ut cum Livio loquar, sunt belli sicut pacis jura,
juste q; ea non mirus, quàm fortiter debes gerere.

IX.

An milites absq; discrimine legendi. Non sunt. Princeps
igitur exercitum conscribens ad has boni & robusti Militis no-
tas & certa indicia respiciat: Patriam, etatem, corpus, ani-
mum, vitam. Vide Lips. 5. polit. 12. Veget. lib. 1, cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

X.

Utrum peregrini an indigeni Milites potius legendi. Po-
tius indigni respondemus. vide Lips. 5. polit. 9.

11. An

XI.

An fines imperij bello ampliandi. R. Turpe esse viro principi ob rerum alienarum cupiditatem bellum non necessarium sustinere, in quo se & fortunas suas in periculum sit adducturus. Vide Halicarnass. lib. 8.

XII.


An verum, homines fortes magna ex parte vinosos esse, ut habet Philosophus problem. sect. 27. quest. 4. Sunt: quia calidissimi temperamenti.

XIII.

Cur voce & manibus & labro inferiore tremant, qui metuunt. Respondet loco allegato q. 6. Philosophus: Quoniam hic affectus caloris defectio ex locis superioribus est, ex quo, ut palleant, accidit. Calor autem pectus deserit, & vox obtremit: quia id refrigeratur, quod vocem movet. Et manus quoque pariratione sunt, utpotè quae ex pectore pendeant. Inferius autem non superius labrum quatitur: quia superius ependet, quò suapte natura vergit: Inferius sursum caloris beneficio stabilitur, atque quiescit: quo sublato, inalgescit & tremat.

B 3

Ad



Ad

Dn. Sympatriotam

IOHANNEM FREISTEINIUM

De

FORTITUDINE

Disputantem.

*Quis Sophiæ rivo hîc astat? Freisteinius. Ecquid
Hîc rerum? lapides mente sagace legit.
Quem petet hîsce? petet pugnanti sensa loquen-
tem,*

*Ne tentemq; strophas callidus hîsce petet.
O bellum bellum! sub bello hoc exere robur
Exere, sic miles Martis & Artis eris.
Sed quid eris dico? nunc es, dum Martis & Artis
Castra sequens fortis aspera quæq; subis.
Et licet interdum durum te tangat & angat
Talibus in castris, tu tamen omne subis.
Perge ita, pugnanti tandem tibi præmia surgent,
Præmia, quæ cernens, hos dabit ore sonos:
En hic in sobolem virtus generosa parentum,
Insita cum lactis munere pondus habet.*

Ejusde

Ejusdem ferè sensus Epi-
gramma.

Μ Αργσιώης κρατέων, ἡδ' Ὀχρήσαοδς Ἰππιάς
Δεινοῖς καὶ σφαλεροῖς ἄλκιμῳ ὄβριον ἀνήρ.
Ταῦτ' αἰεὶ Βρεισεινιάδης τένεξασκέ, τις αὐτῷ
Τένεκεν δεινῆται θυμὸν ἀμαμάκετον;

M. Johannes Jungfwiß Pirm:
AL. EL. Sax. SS. Theol. S.

F I N I S.



ius. Ecquid
e legit.
sa loquen-
e petet.
ur
s.
s & Artis
subis.
gat
subis.
surgent,
onos:
ntum
et.
Ejusdei



Friedrich Schlegel

MARTIN LUTHER

Martin Luther's Theol.

Deo Trino Amen

In nomine Amen

Christus Philosophus

Dr. Martinus Lutherus

Georgius Meiser

Typographus Joh. Gorman

M. D. C. XIV.



Umg. VI 26


= [Dissertationes
Theol. Vol. 707]



Sb.

VD 17





TATIO V.
THICA
De
TUDINE.

Quam
NO ANNUENTE
na Academia VVittebergenfi,
RÆSIDE
mo Philosopho
COBO MARTINI,
ct. Philosoph. Pro-
ore publ.
proponit
FREYSTein
-Misnicus.
Loco & Horis consuetis.
EBERGÆ,
OHAN. GORMANNI.
M. DC. XIV.